

6
1772, 19.
I
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
**PATER TENEATVR LIBERIS
AD MERCEDEM PRAESTANDAM
PROPTER OPERAS PRAE-
STITAS**

R. 316
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM· ORDINIS GRATIA
PRAESIDE
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PUBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. OVISEVRG.
SOCIO
IN AUDITORIO PETRINO
DIE I. IVLII ANNO CIOCCCLXXII.
DEFENDET
CAROLVS CHRISTIANVS RICHTER
BVDISS. LVSAT.

LIPSIAE
LITERIS RVMPFIIS.



QVÆRIBUS

PARIS CONTRA PATER

24

PATER TINATI A YARLIRENS
AD MERCEDES MATERIALE
PROFERIT QUITAS SITAS

PLATEAEGORI ALBORNIZ CAVATA

PRÆSIDEB

U CATHARICO DUCI BERNINI

TRIDECIMMAGIS IN LUDOVICUM ET EIN

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500

1500



AN
PATER TENEATVR LIBERIS
AD MERCEDEM PRAESTANDAM
PROPTER OPERAS PRAE-
STITAS.



S. I.

I
ncidit in manus nuper contiouersia a
filio contra patrem in foro agitata, in
qua inter reliquas quaerelas, quas pa-
tri obiiciebat, conquaerebatur de eo,
quod patri operas in suo negotio ita
praestitisset, vt aliis famulis tuto ca-
rere potuisset, a quo tamen nunquam mercedem aliquam
consecutus esset. An iuste conquaeri posset, videbatur

A 2

mihi



mihi dubium, et iam ipsam hanc causam orabimus, eamque tam ex ciuili, quam ex patro iure.

§. II.

Dubium non est, si Romani iuris rationes ponderamus, distinguendum omnino esse inter liberos suos, interque emancipatos. Si de suis quaestio est, cum liberi inter res patris referantur, patriaque potestas a dominica haud diuersa, ita, vt non minus liberi ac serui parenti operas praestare sint obligati, nunquam liberi mercedem a parente ob operas eidem praestitas petere poterunt, ad quam ne quidem pater hoc iure teneretur, licet mercedem promiserit, quippe ob vnitatis vinculum conuentio inter patrem atque filium existere nequit §. 6. I. de inutil. *βιπούλ.*

§. III.

At, si filius emancipatus operas parenti praestet, an ad mercedem teneatur pater. Cum nihil obstat amplius vinculi vnitatis personae, certum est, conuentionem inter patrem interque filium valide obligasse. Quapropter, si pater filio operas praestituro emancipato promicerit mercedem, nulla est dubitatio, quin filius postea, operis praestitis, mercedem recte a patre exigat. Neque enim emancipatus filius patri ad operas praestandas tenetur, argumento ducto a iure Patronatus. Romano enim iure maxime per emancipationem veterem illam, quae tria mancipatione interueniente fiebat, cui accedebat manumissio, Pater ex pacto fiduciae tertio manumittens filium quasi eius Patronus efficiebatur, filius vero Patris quasi liber-

libertus, quod coniicitur ex tutela Parentum legitima. Consequi inde posse arbitror, filio grauiores obligaciones, quam liberto, eum quo comparatur, haud imponi posse. Nunquam vero libertus Patrono tenebatur ad operas fabriles atque seruiles, sed ad obsequium reuerentiale et officia gratitudinis, nisi in manumissione operas fabriles libertus promiserit. Neque ergo filius parenti operas fabriles atque seruiles debet, maxime cum per emancipationem ius acquirendi per liberos cesset.

§. IV.

Quid vero de nostro iure sentiendum, quo alia Patriae Potestatis facies, iam videamus. Haud dubito, apud nos, si sub patris potestate sint liberi, qui patri operas locari solitas praestent, quin mercedem exigere non possint, cum ex antiquo iam popularium nostrorum iure parentes per liberos, qui adhuc familiae socii erant, iuste acquirere poterant. Cum enim a Patre alendi essent, iustum videbatur maioribus nostris, quibus peculiorum romanorum causa penitus incognita, ut liberorum acquisita ad parentes, quasi in compensationem sumptuum alimentorum pertinerent, quam juris rationem nec hodie depo fuerunt populares, quod et probat res iudicata apud BERGERVM in *Oeconom. Iur. L. III. Tit. IV. Th. XXIV. n. 3.* qui et liberis mercedis postulationem in concursu negat.

§. V.

At vero haec ita se habent, si pater mercedem liberi non promiserit. Sed, quid sentiendum, si operas suas filius vel filia, quae emancipatione a patria potestate non

A 3

dum

dum immunis, operas suas locauit atque pater mercedem locationis promiserit, an tunc exigere possit. Quamuis enim obstare videatur patria potestas, cuius praecipiu[m] simul effectus positus in potestate acquirendi per liberos, vt mercedis praestatio, vel magis exactio neganda videatur; tamen rectior mihi videtur contraria sententia, qua pater ad mercedem promissam teneatur praestandam. Concludo ex argumento DECIS. ELECT. Nouiss. d. A. 1746. Decis. XIV. Cum hac lege Electorali non improbentur contractus inter parentes et liberos non dum emancipatos, potius obligatorii declarentur, dubitandum non videtur, quin locatio operarum patri facta recte subsistat, modo bona fide illa locatio facta sit mercesque determinata. Hinc si contractus initus lege sustineatur, quid obstat, quominus ea, quae ex contractu promissa, liberi a patre recte exigant. Erat enim in arbitrio patris positum, an mercedem promittere vellet, nec ne; si ergo promiserit, perinde erit, vtrum filio vel filiae, an extraneae personae promiserit, vt iuste exactio mercedis neganda non videatur.

§. VI.

Iam vero, si emancipati sint liberi, iterum distinguendum videtur, vtrum locauerint operas parentibus interveniente contractu, an vero contractus non interueniret. Si locatio operarum facta fit, paterque mercedem promiserit, cum emancipatus filius filiae patri sit intuitu familiae quasi extranea persona, nihil est, quod dubitemus, validam esse promissionem. Hinc nonmodo recte a patre exigent mercedem semel ex contractu promissam, verum, si bonis lapsus sit pater, nulla causa est, cur exactio

7

actio mercedis tunc in concursu negetur emancipatis.
Nihil enim interest, si debeat iuste semel merces,
quis exigat in concursu creditorum. Cum enim nulla
lex sit, quae prohibet, quo minus emancipati seu quae-
sui iuris separata oeconomia facti sunt, operas suas paren-
ti pro mercede locent, nullo iure his quoque exactio
mercedis ex massa bonorum concursus parentis negetur.

§. VII.

Tandem si emancipati operas parenti praestent, ne-
que merces promissa, an tunc exigere posint, videamus.
Sane grauior videtur haec causa. Cedo quidem stricte
ad operas non teneri emancipatos, qui sibimet victum
ipsi parare debent, vt iis imponendum non videatur gra-
tis operari, fane aequitas suadere posset; tamen prouior
sum in eam opinionem, vt patrem a necessitate merce-
dis soluendae liberarem. Nam cum stricte quidem ope-
ras haud debeant parenti, sibi imputent liberi, qui praec-
stiterunt parenti operas nulla conuentione interposita,
per quam sibi mercedem stipulati sint. Dein cum inter
patrem liberosque emancipatos pietatis vinculum haud
cesset, videntur liberi magis ex pietatis officio praestando
operas parenti auxilium tulisse. Praesumto itaque pie-
tatis obest liberis emancipatis, quominus mercedem, quae
pro praestandis operis promissa non est, exigere valeant,
maxime si a patre, tempore, quo operas praestabant, ali-
menta caperent.

§. VIII.

Si vero pater liberis emancipatis, qui operas eidem
praestiterant, per aliquod tempus mercedem soluerit,
postea

3

postea a solutione desisteret, an facto hoc tacite se ad soluendam mercedem obligauerit. Quamquam non negem, interdum facto quem ad praestationem aliquam se valide obligare posse: tamen non videtur pater, qui quid, quod non promiserat soluit, animo sese obligandi soluisse, sed potius ex pietate atque liberalitate, quae ius perfectum propterea liberis dare nequit. Hinc nulla erit liberis exactio reliquae mercedis, ex ea ratione, quod sibimet imputare debent, cum nullam sibi stipulati sint mercedem, quae enim praefiterunt operas, ex pietate praefitissime videntur, quae officia mercede non compa-
rantur.



PLATEA
2

Leipzig, Diss., 1772 A-R




f

TA-70L

nur 23. Stck. höher verka.

B.I.G.

Farbkarte #13



6
1772, 19.
QVAESTIO
IVRIS CONTROVERSI
AN
PATER TENEAT VR LIBERIS
AD MERCEDEM PRAESTANDAM
PROPTER OPERAS PRAE-
STITAS
QVAM
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA
P R A E S I D E
D. CHRISTIANO HENR. BREVNING
PROFESSOR. PUBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.
ET SOCIETAT. LITER. OVISEVRG.
S O C I O
I N A V D I T O R I O P E T R I N O
DIE I. IVLII ANNO CICOGCLXXII.
DEFENDET
CAROLVS CHRISTIANVS RICHTER
BVDISS. LVSAT.

L I P S I A E
L I T E R I S R V M P F I I S.

